



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

autem cum Iprensibus, cum non tam facilè cederent, excepere impetum superuenientium ex vrbe hostium: Nec diu pugna sors habebat: Vertuntur in fugam: Supra capiuntur. Hic erat exitus infastæ expeditionis quæ prima fuit. Reuertentibus in ipso itinere Gädauensibus, obuij fuere sexcenti ex Geldria milites, suo duci, quem capitaneum audierat præfectum, gratulanter militari: Sed vbi audierunt infelicem exitū, mœsti redierunt in patriam. De alio mox ductore deliberatū. Defertur Petro de Lutzenburgo comiti sancti Pauli. Sed ille à postagra se excusavit, & vacationē obtinet. Iacobus de Remont filius ducis Sabaudie creatur: Iohannes & Iacobus de Lutzenburgo, filij Theobaldi, iunguntur comites, in Duaco & Aldenardo fines Flandriæ tutaturi. Iohannes dux Cliuensis, Philippus de Rauensteen frater eius, Philippus de Beueren consilio præsunt apud dominam. Philippus tamen de Beueren Antonij bastardi filius, Ariæ & sancto Audomaro præficitur: Sed alteri permittens curam, Ariam protinus amisit, nec satis instituit auxilio patris Antonij, qui regē sequebatur, recuperare. Exteri conducuntur capitanei, Iacobus Galeottus Italus Parmensis, Zalazart Hispanus, fines, vt poterant, sunt tutati. Gandaui nouus creatur capitaneus Iohannes Dudenzel, qui cum armatis ciuibus exiens, sine fructu revertitur: Brugis tumultuatum est, & captis aliquot ex ciuibis & inferuore truncatis, interueniente Friderico Tornacensi episcopo, mox conqueuit.

CAPVT XIX.

Maximilianus inde dux Mariæ sponsus, in Flandriam descenderat ad finem mensis Iulij anni septuagesimi septimi, cum quo nuptias Gandaui inibat puella. Erat in eius comitatu Metensis episcopus, Si-

Kkk gisimus

gismundus dux Austriæ patruelis, Otto dux Bauaria,
 Marchiones de Baden, comites de Wirtenberg, & multa
 sine nomine nobilitas. Inter haec rex Franciæ super oc-
 cidiuam Flandriam venit, omnia vastans, apud Bononiam
 Galliæ confidens, in sanctum respexit Audomarum.
 Excursiones plurimæ fiant. Nonnunquam amittunt
 ex suis Franci, qui longius & audacius vagantur.
Casletum à regijs capitum, & direptū incenditur. Apud
 sanctum Audomarum regius exercitus castrametatur:
 oppugnat oppidum: vastat quæ foris sunt: Inclusi for-
 titer se tuentur. Primi Brugenses exeunt, obsejus solatio
 venturi. Mittuntur copiæ à Maximiliano nouo terra-
 rum principe, que cum ingredenterur oppidum, ingens
 exoritur ciuium tripudiatio: Funeralia nocturnicant. In-
 soliti gaudij rex causas scrutatus, arbitratur adesse
 ipsum Maximilianum. Itaq₃ soluit obsidionem. Maximi-
 lianus autem per prima Flandriæ oppida vadens, consilium
 coegerit belli gerendi. Visum est ad regem Franciæ
 mittere oratores aqua postulantes. Vbi perueniunt, rex
 scrutatus de mandato, remandat nihil esse magis sibi
 cordi, quam tranquillam cū omnibus pacem habere: quā
 si pati modò cupiat Maximilianus, mittat cum plena po-
 testate instructos oratores, rem pro sui magnitudine se-
 riosè tractaturos. Maximilianus ergò ex hac die sus-
 cipiens rerum administrationem, curam & prouiden-
 tiā dotaliū prouinciarum, nè ad arma præcepis iu-
 uenis, ad arma ruere videretur, maiorū fretus consilio,
 potentissimi hostis animū pertentauit, inducīs ad finem
 vsg₃ mensis constitutis. Sed cum Heraldis frustā inter-
 currentibus nihil fructuosum ageretur, inanes decurre-
 runt inducie, & ad bellum res rediit. Primi Gandauen-
 ses supp'ementū militum misere Duacū domino de Sa-

mes,

lega

decr

turb

qua

men

datt

que

muli

te se

batu

hosti

duc

pro

verb

iam

intu

in p

gen

gun

nob

bi

Arti

con

qui

dre

Phi

pre

sun

mes, qui fines illos tutaretur. Relicta quoq; Karoli, cùm legationem in Angliam ad fratrem Eduardum mittere decreuisset, audiuit nouam inter ipsos suos fratres perturbationem exortam: Nam dux Clarenſis in infidyls, quas fratri regi parauerat, deprahensus, solenni Parlamenti ſententia damnatus, capite immersus vino trucidatur. Rex autem Francie multis per Hannoniam, atque Burgundiam captis oppidis & arcibus, diſimulanter tamen omnia fieri curauit, quaſi ignoranteſe res gererentur. Nam quotiēs opportunum videbatur, animum oſtentabat pacis cupidum, cùm tamen hostilia omnia perageret. Ferunt nonnullos in Austria ducis fuſſe concilio, qui regi omnia, quae intellexerint, prodiſſe crederentur: Qua de reſuſpecti, cùm etiam verbiſ & ſermone notarentur, retraxerunt ſe in Franciam.

CAPV T X X.

Bononia interīm in Picardia, non longè Calesia, & Bregijſ capitetur, cùm nullum ſibi præſidium afferri intueretur. Hic comitatus, cùm ſep̄ dominos mutasset, in pace Ambianensi inter Karolum VII. Francie regem, & Philippum Burgundia ducem, rediit ad Burgundos. Captus Iudocus de Peyna vir ex Flandria nobilis, filiam accepit domini Desquordes, regij per Arthesiam capitanei. Multi tamen in neutralitate ſe continuuerunt, quod rumor increbreficeret, redditurum de proximo viuentem, vt putabatur, Karolū Burgundum, qui res variè miſcuit. Tornacenses ſemper infenſi Flandrenſibus, non erubuere publicis ludis fœdare nomen Philippi & Karoli clarissimorū ducū: ſed nunc à viciniſ preſi, laborabant commeatu: Suburbia eius exuſta ſunt: variate fortuna capti hinc, atq; inde primarij virtutis.

Kkk 2

Dux